

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Vocabularius**

**Nestor, Dionysius**

**[Venedig], 26. Juni 1488**

Nestoris Dionysii Novariensis liber septimus foeliciter incipit.

[urn:nbn:de:bsz:31-299724](#)

	<i>Quid puer Ascanius superat &amp; ne uescitur aura</i>	
Marcellus	Aetherea & Vesci item uidere significat teste Marcello / accium inducente dicē tem in Athamante. Priusq; infans esles facinus oculi uescuntur tui: id est uidet.	
Accius	Verso uertas actuum est uerbum. Horatius. uos exemplaria græca Nocturna	Verso
Horatius	uersate manu uerlate diurna. Bocetius. Rotam uolubili orbe uerfamus. Ver	Versor
Bocetius	for autem pro conuersor deponens est. Cicero. In quibus propter illas insa	
Cicero	nas substructiones facile mille hominum uersabatur.	
Virgilius	Vaccinium cum gemino e & i latino utrobiq; & uiola pro eodem flore usurpā	Vaccinium
Virgilius	tur. Virgilius in buccolicis.	Viola
Virgilius	Alba ligustra cadunt: uaccinia nigra leguntur. Idem i moreto.	Hiacynthus
Virgilius	Fæcundisq; rumex maluæ uiolæq; uirebant. Hunc florem Græci hiacynthū uocat: quo etiam uocabulo usus ē Virgilius georgicon. iii. quom dixit. & fer rugineos hiacynthos.	
Hierōymus	Vitis cum i post scribitur: a qua fit per diminutionem uiticula: & cum e uites effertur: cuius diminutiuum erit uitecula. Hieronymus in Ioanne. Ego sum uitis uos palmites. Virgilius in diris. Dulci nanq; tumet nondum uitecula baccho. Nam si dixisset uiticula / uersus stare non posset. Nec est eadē ratio / qua re non possit ponи uiticula tī syllaba producta / sicut cuticula / canicula / tegeticula / cuniculus: quia uiticula primam producit syllabam: & ex tribus primis syllabis optime dactylus confici potest: non sic in præfatis dictionibus / quārum prima syllaba correpta est: ut libro ultimo super regulam / i c sequente breuis ostendimus.	Vitis
Virgilius		Viticula
Virgilius		Vites
Virgilius		Vitecula
Hesiodus	Anto cum t' exili / Oceanī / & Tethyos filia fuit / teste Hesiodo	Xanto
Virgilius	in Theogonia. cuius meminit Virgilius georgicorum tertio / quom ait. Drymoq; Xantoq;. Xanthus cum th aspirato / fluui	Xanthus
Virgilius	us fuit Troianus: de quo Virgilius libro æneidos quinto.	Xanthii
Ptolemæus	Hectoreos amnes / Xanthum / & Simoenta uidebo. Est & eodē	
Homerus	nomine urbs mediterranea Lyciae / teste Ptolemæo. Xanthus item eadem literatura / proprium fuit uiri Troiani nomen / a Diomede in bello occisi, teste Homero libro iliados quinto. Rursum Xanthus eadem scriptura / nomē fuit cuiusdam equi Hectoris / teste Homero libro iliados octauo. Xanthii et cum th aspirato / & i latino / populi quidam sunt in Asia / teste Herodoto libro historiarum primo.	
Homerus	Xanthippus cum th aspirato / & i latino / & gemino p / proprium fuit uiri nomē: de quo Silius libro secundo.	Xanthipp⁹
Hérodotus	Lædæis ueniens uictor Xanthippus Amyclis. Xanthippe eadem scriptura / uxor fuit Socratis querula / teste Laertio.	Xanthippe
Silius		
Lacrtius		
Psalmogra phus	Elo zelas / & zelor deponens usurpatur. Psalmographus. Noli æmulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatē.	Zelo
Hierōymus	Zelorus in Zaccharia cap. primo. Zelatus sum Hierusalē / & Sion / Zelo magno. Idem in libro tertio regum cap. xviii.	Zelor
Hierōymus	Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum. Idem in Iohanne cap. secundo. Zelatus ē dñs terram suam. Græci ζελωω dicunt.	
Hierōymus	Zizania cum i latino utrobiq; / sc̄eminino genere / & zizanium neutro / declina / ri potest. Hierōymus. Zizaniū mixtum est tritico. Genus est hærbæ.	Zizania
		Zizanum
	Nestoris Dionysii Nouariensis liber septimus sc̄eliciter incipit.	
	De propriis noibus in eis diphthongum / & in ius terminatis.	
p	Ropria nomina in eis diphthongum terminata / ut Theseus / Orpheus / Tydeus / Peleus / Aegeus / Perseus / suum in eu formant uocatiuum / teste Prisciano: ut Theseu / Orpheu / Tydeu / Peleu / Aegeu / Persea. Tamen secundum analogiam (ut tradit Probus) formare possunt etiam uocatiuum in e:	
Priscianus		
Probus		

ut Theseē/Orphee. Mutamus nonnunq̄ eū diphthongum in ē/ i nominatiō  
uo/at Perſes/Tydes/Peles/Orphes/teste Prisciano. Propria autem nomia  
terminata in ius/de uſu faciunt uocatiuum in i: ut Virgili/Serui. Vetusſiſimi  
tamen(ut scribit Priscianus)etiam in e uocatiuum terminabant:ut Virgilis/  
Serue. Liuius in odyssea. neq; enim te oblitus sum Laertie noster/pro Laerti.  
Et Laius referente Prisciano ait. Nunc Laertie para ire. Et(ut Prisciano pla-  
cet)penultima uocatiui in i terminati/eorum scilicet nominum / quæ ante  
penultimam in nominatiuo corripiunt(nam de aliis nulla est dubitatio)om-  
nino acui debet:etſi alias ipsius syllabæ quantitas/hoc est penultimæ in uo-  
catiuo correpta sit:ut est apud Martiale. Non amo te Sabidi: nec possum  
dicere quare. Horatius in primo carminum. Mercuri facunde nepos Atlan-  
tis. Idem in eodem. Nulli flebilior/ q̄ tibi Virgili. Lucanus li. vii. iā Magni de-  
ſeri arma Successor Domiti:sine te iam bella geruntur. Arator tamen penul-  
timam produxit /quom ait. Publica libertas sanctissime papa Vigili. Nā Vi-  
gilius ab eo qui est uigil huius uigilis formatur:ubi gi syllaba correpta est di-  
cente Statio libro thæbaidos decimo. Ite age:& obſeffis uigilem circundate  
flamam. Filius appellatiuum nomen/in i- & in e format uocatiuum. Tullius.  
Quanq; te Marce fili annum iam audientem Crathippum. Liuius Androni-  
cus referente Prisciano inquit. Pater noster Saturni filie. Et notandum q; (ut  
scribit Priscianus)nominatiuo pro uocatiuo /sive euphonias/sive metri gra-  
tia/nonnunq; utuntur auctores:ut Deus pro dee/filius pro fili/uel filie:cho-  
rus pro chore:agnus pro agne:populus pro popule:fluuius pro flauie. Lu-  
canus libro primo. Degener o populus/uix ſacula longa decorum . Virgili-  
us li. æneidos. iiiii. Corniger hesperidum fluuius regnator aquarum.

De propriis nominibus desinentibus in on.

Propria nomina græca in on terminata /plerūq; latini in o transferūt:ut Tar-  
cho pro Tarchon:Rapho pro R. l. aphon: Agamemno pro Agamemnon.  
Virgilius libro æneidos octauo. hinc Tarcho/ & Tyrrheni tuta tenebat. Idē  
libro æneidos decimo. Partheniumq; Rapho/ & prædurum uiribus Orsen.  
Statius in achilleide. Conclamat Danai:stimulatq; Agamenino uolentes.  
E diuerſo Græci/teste Prisciano. Propria nomina latina terminata in o/tra-  
ducere solent in on:ut Cicero/Cato/quod nos dicimus/illi κικερωφ/καὶ τῷ  
transferunt.

De nonnullis nominibus propriis primæ/  
& tertiae declinationis: & de quibusdam  
crescentibus una syllaba in genitivo.

Declinari potest/teste Prisciano/Achates huius Achatis uel Achatae: Tigranes  
huius Tigranis uel Tigranae. Simili modo Timarchides/Orestes/Heraclides/  
Drances/Thucydides/Mithridates/Alcibiades/Miltiades/Calliphaſes/Phi-  
listides/Herculides/Aristides/Anticlides/Philonides/Sotades/Simonides/  
Agathargides/Asclepiades/Heroclades/Mnesides/Comiades/Euripides:  
& alia prope plurima. Hæc autem quo ad tertiam declinationem faciunt uo-  
catiuum in es/ & in e/teste eodem Prisaiano. Præterea Chremes huius Chre-  
mis/uel Chremetis: Thales huius Thalis uel Thaletis. Sic Laches-Pheres/Da-  
res/Apelles/Agelles/Ganges/Hermes/Rhamnes;qd' Tortellius in Ortho-  
graphia hic Rhamnetes declinat. Adonis huius Adonis/uel Adonidis: Anu-  
bis huius Anubis uel Anubidis. Sic & Busiris/Acis/Paris/Agis/Serapis:& m̄  
ta alia. Decapolis huius decapolis uel decapoleos. Sic Neapolis/Pentapolis/  
Nicopolis/Constantinopolis. Hærefis huius haerefis uel haereſeos: Iris hæ-  
ba huius iris uel ireos. Sic genesis/metamorphosis. Pallas huius palladis uel  
pallados. Sic dorcas/lampas/diplas/hebdomas.

De compositis a capite/ & a corde.

Composita ab eo quod est caput/ut præceps/anceps/biceps/triceps/secundū  
analogiam in cipis singularem formant genitium/teste Prisciano. Ennius  
annalium xv.

Occumbunt multi lœtum ferroq;/lapiq;

Priscianus  
Priscianus  
Liuius  
Laius  
Priscianus

Martialis  
Horatius  
Horatius  
Lucanus  
Arator  
Starius  
Tullius

Liuius  
Priscianus  
Luçanus  
Virgilius

Virgilius  
Virgilius  
Statius  
Priscianus

Priscianus

Priscianus

Priscianus  
Ennius

- Liuius Aut intra muros aut extra præcipe pro præcipiti lapi pro lapide. Liuius.  
 Seq; in alta maria præcipem dedit. Quod autem nunc incipitis genituum .  
 faciunt id procedit ex eo q; antiqui ancipes & præcipes in recto proferebāt.  
 Vnde Plautus in commorientibus ait. Saliam in puteum præcipes Idem in  
 rudente. Post altrinsecus est securicula ancipes. Cōposita ab eo quod est cor  
 ut excors uæcors secors cōcors discors ablata littera & addita dis syllaba/  
 suū formāt genitū singularē ut exordis uæcordis. Veteres tñ teste Prisciāo  
 solebant genitio similem in his proferre nominatum. Cælius in Cratino.  
 Modo fit obsequens hilariis comis communis concordis. Pomponius in sa  
 tyra. Blanda fallax superba impotens discordis.  
 De iis dictiōibus quæ in e & in i/  
 ablatiuū singularem terminant.  
 Nomina terminata in uis ut auis/cuius/clavis/pelvis/nauis/in guis/ut anguis/  
 ūguis/in gnis/ut ignis/in etis/ut lactis/uectis/in mnis/ut anis/& alia fere oia/  
 quorum extrema syllaba in iis definit a duabus incipiens cōsonantibus quæ  
 scilicet non crescunt in genituo/ut febris/restis/postis/teste Prisciāo formāt  
 ablatiuū singularem in e & in i/præter q; uestis & pestis: quæ solum in e/  
 ablatiuū faciunt apud quem exempla sunt plurima. Alexander autem ex  
 cepit etiam testis/dicens.  
 Testis cum peste per e fit iuncta sibi ueste. Sunt qui etiam addunt nomina in  
 rs terminata/ q; scilicet in e & in i/mittant ablatiuū/ut ars/mors/pars/sors.  
 Lucretius libro quinto. Et libella aliqua si ex parti claudicat hilum / Omnia  
 mendose fieri & obstypa/necessum est. Virgilius georgi.iiii. Sunt quibus ad  
 portas cecidit custodia sorti: ubi nonnulli datiuū esse uolunt pro ablatiuo  
 possum. Comparatiua etiam teste eodem Prisciāo faciunt ablatiuū i e/  
 & in i: quia antiqui neutrū genus in or proferebant. Vnde Valerius Antias  
 xi. annalium ait. Prior bellum/quod cum iis gestum erat. Idem in eodē libro.  
 Commemorant Gracchō fœdus prior Pompeianū non esse seruatum.  
 De dictiōibus in genituo plurali syncopatis.  
 Poetæ & oratores eas dictiōes quarum genituum pluralis in ium/uel in orū/  
 secundum analogiam formatur/concidere solent: ut numīnum pro nūmo/  
 rū: deū p; deorū: uirū p; uitrog; libellū p; libellorū: denariū p; denariorū: sociū  
 pro sociorū: talentum pro talentorū. Similiter adiectua quo q; concidunt: ut  
 senum pro senorū: denū pro denorū: quadragenū pro quadragenorum:  
 paruū pro paruorū: magnanum pro magnanmorū. Plinius libro. xxxvi.  
 naturalis historiæ. Atq; adeo duodequadagenū pedum Luculci marmoris  
 in atrio Scauri colloqui. Duodequadagenū dixit/ pro duodequadageno/  
 hoc est triginta & octo. Statius libro thæbaidos primo.  
 Portarum in biuio lateri duo corpora paruū Dependēt/pro paruorū: Virgi  
 lius libro æneidos.iii. magnanum quondam generator equorū pro magnani  
 morū. Idem sit in pronominibus meū/tuū/uum/nostrū/uestrū. Plautus i tri/  
 nu. Ut rem patriam gloriā maiorū meū pro meorū. Idem in poenulo. Et qd  
 meministi tuū parentū nomina pro tuog;. Idem in menæchinis. Auertit præ  
 dam ab hostibus nostrū salutē sociū pro nostro/ sociorū. Simili quoq; mo  
 do omnia in ans/uel in ens terminata participia/concidi possunt: ut amantiū  
 pro amantiū: legentū pro legentiū. Virgilius libro æneidos.vii. V in clā recu  
 fantū & sera sub nocte rudentū pro recusantium & rudentiū. Parenis cōmū  
 nis generis/parentiū facit secundū analogiā teste Prisciāo/Tulliū inducen  
 te dicente de suppliciis. Nā uiuos præfectos sine ulla causa/de complexu pa  
 rentiū suo/ hospitū/ad mortē/cruciatūq; rapuisti. Frequentius tñ per syncop  
 a parentiū dicimus/q; parentiū. Pari modo manū pro manuū/currū pro cur  
 ruū/duū p; duorū proferimus. Noia quoq; terminata in as/secundū analo  
 giā/teste Prisciāo formant genitū pluralē in ium: et si per concisionē fre  
 quentissime in um efferantur: ut penas penatū pro penatiū: ciuitatū pro ciui  
 tatiū: probitatiū p; probitatiū. Sic & alpestrū enuntiamus pro alpestriū: ter  
 restrum pro terrestrium:cælestum pro cælestiū. Ouidius in fastis.

Sylius  
Priscianus  
Tullius  
Ouidius

Frigida cælestum matres Arethusa uocauit. Sic etiam cælicolum/ruricolum/agricolum/christicolum/pro cælicolarum/ruricolarum/agricolarum/christicolarum dicimus. Sylius libro secundo. Cælicolum magnas ualuebat cōficia curas. Similiter uatum pro uatum: & nonnunq; sedum pro sedium: mēsum pro mensium: teste Prisciano/Tullium referente dicentem pro Sextio. Vestrarum sedum/templorumq; causa/pro sedium. Et Ouidius libro metamorphoseos xi/ait. Et quos substatui bis mensū qnq; labores/p mensium.

De nonnullis dictionibus/quæ in ium/& inorum.

Pluralem mittunt genitiū.

Salustius  
Masurius  
Verrius  
Modestus

luminibus/luminū. Noīa quæ datiuū pluralē in bus mittunt nūq; genitiū eiusdem numeri syllaba creuisse patiuntur. sed aut totidem habet ut monilibus moniliū: aut una syllaba minus est ut Garminibus carminum. Sic ergo saturnalibus rectius saturnalium/q; saturnaliorum. Sed qui saturnaliorū dicunt/auctoritate magnorum muniuntur uirorum. Nam & salustius in tertio historiarum/bacchanaliorum. dixit. Et Masurius/uinaliorum(inquit) dies Ioui sacer est. Verrius Flaccus in eo bello qui Saturnus inscribitur/saturnaliorum(inquit)dies/apud Græcos quoq; festi habentur. Et Julius Modestus de feriis ait. Antias Agonaliorum repertorem Numam Pompilium refert. Hæc enim nomina quæ sunt festorum dierum neutralia/carentq; numero singulari/diuersæ conditionis esse uoluerunt ab iis nominibus quæ utroq; numero figurantur. Compitalia enī/& bacchanalia/& agonalia/& uinalia/& reliqua his similia/festorum dierum nomina sunt:nec singulariter nominantur:aut si singulari numero dixeris/non idem significabis/nisi adieceris festum:ut bacchanale festum:agonale festum:& reliqua:ut iam non positiuum sit:sed adiectiuū:quod Græci enī Topū uocant. Animati sunt ergo ad faciendam discretiōem in genitio casu:ut ex declinatione exprimeret nomen sollēnis diei:scientes in nonnullis sāpe nominibus datiuo in bus ex eunte/nihilominus genitiū in orum finitu:ut duobus duorum:ambobus amborum. Ita & uiridia quom ap̄ Tītī Topū accipiuntur/genitiū in ium faciunt:ut uiridia prata uiridium pratorum. Quom uero ipsam loci uiriditatem significare uolumus/uiridiorum dicimus:ut quom dicitur/formosa fæcies uiridiorum. Tunc enim uiridia Positiū ponitur:non adiectiuū. Tāta autem apud ueteres fuit licentia huius genitiū:ut Aſinius pollio uectigaliorum frequenter usurpet:cū uectigal non minus dicitur/q; uectigalia. Sed & cum legamus/læuaq; ancile gerebat/tamen & anciliorum relatum est. Videlicet ergo ne magis uarietas delectauerit/q; ut adamussim uerum sit/festorum dierum nomina sic uocata. Ecce enim & præter sollenniū dierū uocabula/alia quoq; sic declinata reperimus/ut præcedens sermo patefecit/uiridiorum/& uectigaliorū/& anciliorum. Sed & ipsa festorū nomina secundū regulam declinata apud ueteres reperio. Siquidem Varro ferialiū diem ait a serendis in sepulchra epulis dici. Non dixit ferialiorum. Et alibi/floralium/non floraliorum ait:cū idem non ludos florales illic/sed ipsum festum flora lia significaret. Masurius/dies(inquit)eam noctem deinceps quæ in sequentem/diem qui est lucariū. Non dixit lucariorū. Itemq; liberaliū multi dixerūt/non liberaliorū. Vnde pronuntian dū est ueteres indulsiſſe copiæ per uarietatem:ut dicebant exanimos exahimes:inermes inermos:tum ilaros atq; ilares. Et ideo certū est licto & saturnaliū/& saturnaliorū dici:cū alterū regula cum auctoritate/alterū etiā solla/sed multorū defendit auctoritas. Hæc omnia Macrobius in saturnalibus. Sic & Marcellus ait. Bacchanaliorū pro bacchanaliū dicebant:sicut uectigaliorū:compitaliorū:noualiorū:uulcanaliorum. Salustius historiarū li. iiiii. Curio uulcanaliorū die ibidē moratus. Inueialis. Incipit optare/& totis quinquatribus optat:cuius genitiū erit quinquatriū. Et Horatius in epistolis. At' potius puer ut festis quinquatribus olim. Cicero in epistolis. Ita tumultuosæ cōciones/ita molestæ qniquatriis afferebantur:cu ius genitiū erit quinquatriorū. Gellius libro quarto noctiū atticaruū. Hoc ius sponsaliorū obseruatū dicit Seruius Sulpicius ad id tempus / quo ciuitas

Aſinius

Varro  
Varro  
Masurius

Macrobius  
Marcellus  
Salustius  
Iuuenalis  
Horatius  
Cicer  
Gellius

uniuersa/Latio lege Iulia data est.

De iis dictionibus quae in is & in es Pluralē accusatiū faciunt.

Omnium nominum quae genituum similem habent nominatiō singularē, pluralis accusatiū in es & frequētius in is terminari solet. Simili quoq; modo accusatiū formā eiusdem formae semper pluralia: ut Virgilius li. ænei dos tertio. Tris adeo in certos cæca caligine soles Erramus pelago. idem libro æneidos quarto. aut manis credis curare sepultos. Hac regulam tradidit Seruius: & post Seruium Priscianus. In er quoq; desinentia quae in i singularē terminant ablatiuū pari modo & quidem frequentius in is rarius in es accusatiū pluralement faciunt. Virgilius li. æneidos. xii. spargitq; salubris Ambrosiae succos: ubi salubris interprete Prisciano accusatiū casus est: licet & genitiū singularis esse posset. Idem Virgilius libro æneidos. xi. metuēsq; moneret Acris esse uiros. Imber etiam quia habet in i ablatiuū singularem non modo in e (ut est apud Virgilium) & uento pulsatus & imbris) format cū suis cōpositis accusatiū pluralement in is: sicut in es. Virgilius libro æneidos. xi. Quom fremit ad caulas uentos perpestus & imbris. Horatius in epistolis. Me quater unde sciat nunc impleuisse decembbris. Eodem modo accusatiū terminant pluralement in ns & rs desinentia. Virgilius georgico. ii. Aggredior sanctos ausus recludere fontis. Idem libro æneidos. xii. penitusq; cauernas Ingentis uterumq; armato milite complent. Terentius in heauton. Peto parentis meos ut cōmonstres mihi. Marcus Manilius in primo sui operis carmine. Carmine diuinis artis & cōscia fati Sydera diuerlos hominū uariātia casus. Cælestis rationis opus deducere mūdo Aggredior. Virgilius li. æneidos. vii. Hic locus est partis ubi se uia findit in ambas. Plus etiam & lis teste Prisciano tam in is q; in es accusatiū formā pluralement. Horatius in epistolis. Quom tibi sol rapidus pluris admouerit auras. Cicero in frumentaria. Seda si etiam litis illorum.

De genitiū singulari & datiuo nominum  
quartæ & quintæ declinationis.

Gellius Antiqui teste Gellio libro quarto noctium atticarum nomina masculina & foeminina quarti ordinis: hoc modo declinare solebant: senatus fluctus / dominus / anus / genitiū huius senatus / fluctus / domus / anus: datiuo huic senatu / fluctu / domu / anu. Quod & Varro & Nigidius & Priscianus libro. vii. tradiderunt. Vnde idem Varro rerum rusticarum libro secundo ait. Eius enim saluam esse fructus ueneno. Idem in Tamphemishippo. Perrexit in interiores partes domus. Idem de uita patrū libro primo. Primum de re familiari: se cūdo de uictuis consuetudine. Cato de liberis educandis libro. ii. Quæstius causa deridebant res suas pueris. Terentius in heauton. Eius anus causa (ut opinor) quae erat mortua. Cato de liberis educandis. Eam nutricem oportet esse adolescentem. Anus enim ut sanguis deteriore sic & lac. Cæsar in anticato ne. Minus arrogantiæ superbiæq; dominatiuq; pro dominatiu. Virgilius libro æneidos primo. Parce metu Cytherea. Idem in georgicis. Quod nec cōcubitu indulgent pro concubitu. Lucilius. Quod sumptum ac epulas uictu p̄ponis honesto. Veteres etiam testibus Marcello in dictionibus progenii & pernicii & Gellio libro octauo noctium atticarum nomina quitæ declinationis hoc modo declinabant: facies / fames / dies / genitiū huius facii / famiūdii. Quin etiam testibus eodem Gellio libro prefato & Casellio genitiū huius facies / fames / dies dicebant. Tullius pro Sextio. Equites nō datus illius dies pœnas / pro dici. Ennius annalium. xvi. Postremæ longinqua dies conficerat ætas / pro postrema dici. Virgilius. Munera / æticiamq; dii / pro diei: quod imperitiores legunt dei. Cato in oratione de bello Carthaginensi. Pueri atq; mulieres extrudebatur / fami causa / pro famei. Sisenna libro historiarum. vi. Romanos iferendæ pernicii causa uenisse. Pacuvius. Pater supreme nostræ progenii patres / pro progeniei. Cnaeus libro iliados. xiii. An maneat specii simulacrum in morte silentum. Idem libro iliados. xxi. Altera pars acti uitas sent fluminis undas. Gracchus de legibus promulgatis. Ea luxurii causa aiunt

Gracchus  
Lucilius  
Lucilius  
Salustius  
Salustius,  
Ouidius  
Ouidius  
Virgilius

Cæsar

Terentius  
Priscianus  
Cato  
Cato  
Accius

Salustius  
Liuius  
Quintilius  
Virgilius

Terentius  
Salustius  
Liuius  
Virgilius  
Virgilius  
Virgilius  
Liuius  
Solinus  
Virgilus  
Quintilius  
Tullius  
Tullius

institui. Alio item modo/declinare solebant ut et tuissimi: facies huius facie: di-  
es huius die. Lucilius in satyris. primum facite quod honestæ Tantis accedit.  
Idem in. vii. qui te Diligit ætatis facieq; tua se sautorem Ostendat. Salustius  
in Iugurtha. Vix decima parte die. Idem li. historiarum primo. At inde nulla  
munitionis/aut requie mora processit ad opidum/p requiei. Ouidius libro  
metamorphoseo tertio. Prima fide suocisq; ratæ tentamina sumpsi/pro si-  
dei. Idem li. metamor. vi. Utq; fide pignus dextras utriusq; poposcit/p fidei.  
Virgilius georgi. ii. Libra die somnicq; pares ubi fecerat horas/pro diei. Hoc  
autem modo postremo/quintæ declinationis nomina declinanda esse putat  
Cæsar libro de analogia.

De nominibus terminatis in icus.

Magnificus/honorificus/munificus/nō ex se gignūt cōparatiuos/suplatiuosq;  
sed ex aliis/quæ in usu non sunt: ac ne possunt quidem esse magnificens/ho-  
norificens/munificens. Mirificus tamē mirificor format & mirificissimus. Te-  
rentius. Mirificissimus est patrius tuus. Beneficus ēt beneficior facit/telle Pri-  
sciano:& beneficissimus/Cato contra Thermū. De Ptolemæo rege optimo/  
atq; beneficissimo. Idem Festo referēt munificior protulit/& munificius. Et  
Accius li. scūdo Didascalicon ait. Atq; magnificissimo/excellentissimoq; ho-  
nore. Omnia ergo sic a facio cōposita/hāc regulā sequūtur/mirificus/benefi-  
cus/maleficus/ueneficus/terrificus/horrificus/vulnificus/lucrificus/  
pacificus/morbificus/sacrificus/asciticiūq; cōparatiū/suplatiuūq; habēt: ut  
magnificentior magnificētissimus: munificētior munificētissimus: aliquando  
aut& suū cōparatiū/suplatiuūq;: ut supra diximus. Sunt & eiudē naturæ cō-  
posita a dico/& a loquor: ut benedicus/maledicus/fatidicus/ueridicus/salli-  
dicus/iuridicus/magniloquus/altiloquus/uniloquus/multiloquus/fatilo-  
quus/grandiloquus/doctiloquus/uersutiloquus/dulciloquus/suauiloquus.  
Nam hæc in entior cōparatiū/in entissimus suplatiuū mittunt: ut maledi-  
centior maledicētissimus: magniloquentior magniloquentissimus. Verum  
horum positiva possunt esse tum participia/tum nomina: ut maledicens ma-  
ledicus:magniloquens/& magniloquus: quod in cōpositis a facio nō fit:qua  
participia esse nō possunt:cum hæc fuerit futura uera uox/magnificiens/be-  
neficiens/honorificens:quod nūsq; lectum est.

De relatio quādoq; cum antecedente/quādoq; cum sequēte  
iuncto:& de alio quodam loquendi genere.

R elatiū respondet antecedenti. Valerius Maximus libro. v. Antea senatus assi-  
duam stationem/ eo loci peragebat: qui hodie sencaulū appellatur. Aliqua-  
do non respondet antecedenti/neq; in genere/neq; in numero/utiq; quom  
relectitur eius sententia ab antecedente ad sequētis substātinū. Salustius. Locus  
est in carcere/quod Tulianū dicitur. Liuius. Anxur fuit/quæ nunc Tarachys/  
næ sunt. Quintilianus. Resistā iis/qui omisla rerū (qui n̄ rui sunt) in causis di-  
ligentia/quodā inani circa uoces studio senescunt. Virgilius. Nec partē posue-  
re suis/quæ maxima turba est. Et i epistola ad Gallatas sexto capi. legitur. Nō  
dixit:& seminibus/quasi in multis:sed quasi in uno/& semini tuo:q; est Chri-  
stus. Diuersum huic genus est:quom respondet antecedenti/cum deberet res-  
pondere sequēti substātiuo. Terentius. Ecyra est huic nomē fabula. Et hoc  
per nominatiū. Per genitiū. Salustius. Cui nomē obliuionis cōdiderat. Per  
datiū. Liuius li. xxii. Scipio cui Aphricano fuit cognomen. Virgilius. At pu-  
er Alcanius/cui nūc cognomē Iulo. Idem in georgicis. Plurimus alburnū uo-  
litans cui nomen asilo. Idem. Est ēt flos in pratī/cui nomen amello. Aliuan-  
do sine relatio. Liuius li. primo. Faustulo fuisse nomē ferunt. Solinus de mi-  
rabilibus. Lapis iste in aqua mollis est: humo duratur exemptus. Nūq; duo si-  
mul repiuntur:inde unionibus nomen datur. Per accusatiū. Virgilius. Acne  
adasq; meo nomen de nomine singo. Respondeat etiam relatiū quādoq; se-  
quenti substātiuo. Quintilianus. Notum est/ quid Glyconi acciderit/cui Spi-  
ridion fuit cognomen. Alius loquendi modus. Tullius i rhætoricis. Sulpicio/  
cui paulo ante omnia credebant eum breui spacio non modo uiuere sed etiā

- Horatius  
Ouidius  
sepelliri prohibuerunt. Idem in Salustium. Nunquid quos p̄tulit Scipiones & Metellos ante fuerunt aut opinionis aut gloriae Horatius. Quis non malorum quas amor curas habet? Hæc inter obliuiscitur? Ouidius cecidere manus quas legerat hæbas.
- Virgilius  
De nonnullis constructionibus.  
Terentius in adelphis. Aperite aliquis actutum hostium. Virgilius. Viuite fœlices quibus est fortuna peracta iam sua. Hic loquendi modus inauditus est: nec usq; alias lectus. Neq; enim hic sua pro eo quod est propria accipi potest. Non enim proprie dicimus: est mihi aut est tibi suus scribendi mos: cū tamē dicamus: est mihi aut est tibi proprius scribendi mos. Alias cōgrue dici pōt qd & Terentius protulit in Phormione: quod homines tot sententiae: suus cuiq; mos est. Virgilius trahit sua quenq; uoluptas. Hieronymus in libro. iii. regum capitulo quarto. Vade & uande oleū: & redde creditori tuo. Tu aut & filii tui viuite de reliquo. Hanc uel similem cōstructionem in regulis suis Gasparinus improbat: quale est etiam illud Alexandri. Cumq; tuis locis ora te sacer Dionysii. Sed Hieronymi haut dubium p̄rualet auctoritas: & Virgili dicentis Egregiam uero laudem & spolia ampla referitis Tuq; puerq; tuus. Plautus i casina. Etiam ne habet Casina gladium? habet sed duos: quibus altero te occisurum ait: altero uillicum. Alius dixisset quorum: non quibus. Occisurum autem hoc in loco futurū est infinitiū modi: ut cito edocebimus. Horatius. Tu quid ego & populus mecum desyderet audi. Boëtius. Nihil imbecillus homine: quos morsus muscularum necat. Virgilius. pars arduus altis Puluerulentus equis furit. Idem. pars grandia trudunt Obnixæ frumenta humeris scilicet formicæ. Idem libro æneidos. ii. Pars hominum ualidi turres & moenia scandūt. Horatius. Iactamus iam pridem ortinis te roma beatū. Nam hic omnis Roma nominatiui casus est. Quinquagesimo quoq; anno iubilæū esse dicunt: q; omni quinquagesimo anno. Quotusquisq; homo dicitur pro quo homines.
- Plautus  
Horatius  
Boëtius  
Virgilius  
Virgilius  
Virgilius  
Horatius  
De quodam loquendi genere.  
Dicimus undeviginti: duodeviginti: undetriginta: duodetriginta: undecentū: duodecentū: h̄c est uno: aut duobus demptis de uiginti: de triginta: de centum. Hic loquendi modus (ut scribit Pompeius) a græcis tractus est. In legenda sancti Martini legitur. Cum factus esset annorum duodeviginti: hoc est decem & octo. Quo quidem locutionis genere uti possumus etiā per denominatiua tam genitiui: q; ablatui casus. Plinius li. xxxvi. naturalis historiæ. Atq; adeo duodequadragenum pedum Lucullei marmoris in atrio Scauri collocari. Duodequadragenum dixit pro duodequadragenorum: hoc est triginta & octo. Liuius li. primo. Duodequadragesimo serme anno ex quo regnare coepérat Tarquinius: id est octauo & trigesimo. Varro rerum humanarū li. xvi. Mortuus est anno duodeuigesimo primo: hoc est decimo & nono. Cato li. quarto originum. Deinde duodeuigesimo anno post dimissum bellum quod quattuor & uiginti ånos fecit. Carthaginenses sextum de secedere decernere. Gellius li. x noctium atticarū. Idq; in principio libri dixisse Cœliū: & Quadrigarium Claudiū in libro undeuigesimo: hoc est libro. x. & nono.
- Pompeius  
Plinius  
Liuius  
Varro  
Cato  
Gellius  
Tullius  
Tullius  
Tullius  
Virgilius  
Virgilius  
Hieronymus  
Hieronymus  
Plinius  
Virgilius  
Casus pro casu positus.  
Genitiuus casus pro nominatiuo nonnunq; ponitur. Tullius libro primo de diuinatione. Quom illius diei mihi uenit in mentem. Genitiuus pro ablatiuo. Tullius in rhætoricis. Oratoris officium est de iis rebus posse dicere quæ res ad usum ciuilem moribus ac legibus constitutæ sunt cum aſfensione auditorū quo ad eius fieri poterit: id est q̄tum ab eo. Natiuus p̄ ablatiuo. Tullius in philippicis. Quis enim audeat luci & militari uia: pro luce. Virgilius. Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit: pro a me. Accusatiuus pro nominatiuo. Virgilius. Vrbem q; statuo uestra est. Hieronymus in Ioâne. Sermonem quem audistis non est meus. Et iterum. Et hunc quem habes non ē tu us uir. Nominatiuus pro uocatiuo. Plinius libro. vii. Salve primus omnium parens patriæ appellate. Virgilius. Natae meæ uires: mea magna potentia so

- Teretius  
 Ouidius  
 Lucanus
- Ius. Nominatius pro accusatio. Terentius in Andria. Quæ se se optauit  
 in honeste parare hic diuitias/ q̄ in patria paup honeste uiuere. Ouidius libro  
 metamorpho. xiii. sed enim quia rettulit Ajax Esse Iouis pronepos. Lucanus  
 libro. x. Vtq̄ fidem uidit sceleris/tutumq̄ putauit iam bonus esse sacer/lae  
 chrymas non sponte cadentes Effudit: gemitusq̄ expressit pectore lato.  
 De genitiuo cum aliis casibus.
- Cicero  
 Cicero  
 Cicero  
 Hieronymus  
 Boetius  
 Quintilius  
 Cicero  
 Brutus  
 Ouidius  
 Ouidius
- Cicero i Gabinium & Pisonem. Dico mea unius opera rem publica esse libera  
 tam. Idem ad Atticum. Solius enim meum peccatum corrigi non potest. Idē  
 pro Muræna. Ex tuo ipsius animo coniecuram aperis. Et in euágelio Lucæ.  
 Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Hieronymus in libro. iii. regum  
 capi. tertio. Tulit filiū meū de latere meo ancillæ tuæ dormientis. Boetius.  
 Solantur mæsti nunc mea facta senis. Quintilianus. Deinde cum satis eorum  
 uires expoliauerint/ suæ ipsorum fiduciæ permittut. Cicero de oratore libro  
 tertio. Sed uoluntati uestræ omnium parui. Brutus ad Ciceronem. Qui uestris  
 paucorum respōdeat laudibus. Ouidius de tristibus. Et mea desūcta da mol  
 iter ossa cubare. Idem alibi. Et flesi: & nostros uidisti flentis ocellos. Nam flē  
 tis hic genitiui casus est singularis. Neq; exponi potest flentis pro flentes/ cū  
 tis syllaba correpta sit. Nōnunq; etiā per utrumq; genitiū loquimur. Cicero  
 ad Curionem. Eam autē unius tui studio/ me assequi posse confido. Plautus.  
 Duorum labori hominum parsim libens/ mei te rogandi: & tui mihi, re  
 spondēdi. Dicimus etiā: mea solius interest: tua unius refert: sua illius filia: su  
 um istius iumentum; suo benedico ingenio Ciceronis. Virgilius in buccolicis.  
 Et me Phœbus amat: Phœbi sua semper apud me Munera sunt lauri.  
 De affinitate genitiui: & ablatiui casus: & accusatiui: & ablati  
 ui: & datiu: & accusatiui.
- Virgilius
- Plinius
- Cicero  
 Cicero  
 Hieronymus
- Plinius libro septimo naturalis historiæ. Gentem uocant silvestrē stridoris hor  
 rendi/ hirtis corporibus/ oculis glaucis/ dentibus caninis. Nonnunq; etiam  
 absq; adiectiu. Cicero in Salustium. Nungd quos protulit Scipiones & Me  
 tellos/ ante fuerunt aut opinionis/ aut gloriae. Cicero in rhætoricis. Dolus cō  
 sumitur in pecuniam/ pollicitationem/ dissimulationem/ maturationem/ mē  
 tionem/ & cæteris rebus: de quibus magis idoneo tempore loquemur. Hiero  
 nymus in libro primo Machabæorum capitulo. xv. Hæc eadem scripta sunt  
 Sicyoni/ & Cariæ/ & Samum/ & Pamphyliæ.  
 De adiectiu cum dictionibus singulari carētibus numero/ uel  
 diuersi generi/ uel diuersæ significationis iuncto.
- Terentius
- Dicimus: harum nuptiarū unæ bona: alteræ lachrymabiles. Terentius. Ex unis  
 nuptiis fecisti mihi geminas. Nōnūq; etiam cum iis/ quæ habent singularem  
 numerum. Cicero duplices similitudines esse debent: unæ rerum: alteræ uer  
 borum. Congru tamen (sator) dixisset una: & altera. Virgilius libro ænei. ii.  
 satis una superq; Vidimus excidia. Lucanus. totumq; in partibus unis Bello  
 rum fecere nefas: quod quidam exponunt: unis/ hoc est unius animi uel/ unius  
 uoluntatis.
- Cicero  
 Virgilius  
 Lucanus
- De regime nominū criminalium/ poenaliumq;.  
 Si quis suretur rem sacram de prophano/ tenetur ne sacrilegi/ an furti/ an utro  
 q; non autem utriusq;. Qui sustulerit rem suam de sacro/ furti ne tenetur/ an  
 sacrilegi/ an neutro. non autem neutrius. Accusare hunc potes uel furti/ uel  
 sacrilegi/ uel de utroq; uel de ambobus: non autem utriusq; uel amborum.  
 Condemnare non licet de utroq; sed de altero uel furti/ uel sacrilegi. Cur ita  
 fit/ ut demus uarios casus eidem uerbo/ præsertim sub coniunctionibus/ quæ  
 eosdā cōiungere casus debent. Nempe q; nomina peccatorum cū huiusmōi  
 uerbis/ idem ualent in genitiuo/ quod in ablatiuo præpositionem habente/  
 uel non habente: non idem in cæteris. Neq; hoc in iis modo nominibus/ quæ  
 certum peccatum significant/ & speciale/ sed in his etiam quæ generale/ & in  
 certum. Cicero. Annon intelligis primū quos homines/ & quales viros mor  
 tuos/ summi criminis arguas. Et iterum. Sceleris/ atq; nefarii parricidii con  
 demnabimus. Per hæc uerba tati/ & quati/ licebit per genitiū. Liuinus li. xlviij.
- Cicero  
 Cicero  
 Liuinus

Laurentius Cōstantinus Sed nequaq̄ tantum relictum est: quanta summæ dānatus fuerat. Hæc Laurētius. Reus genitio, & ablatio iungitur. Constantinus imperator. Sic semp̄ nostra contra hostes certamina in præliis stetisse nūcupātur: ut reus esset legibus, & capitali sententia puniretur: quicunq; aliquem occidisset infantem. Et paulo post. Ne simus legibus rei: qui pugnando fideliter de omnibus gentibus meruimus esse uictores. Virgilius. Constituam ante aras uoti reus.

Virgilius De singulari numero cum plurali iuncto.

Donatus Antiqui testibus Donato in terentiū, & Marcellō singularem numerū cum pluri iuxerunt: ut præsente pro præsentibus: absente pro absentibus: qui fortassis (ut idem dixit Marcellus) monoptotæ formæ ablatiui sunt. Teretus in Eunucho. Neḡ quid profecto absente nobis turbatum ē domi. Pomponius. Quid enim apud forum præsente testibus mihi uændidit. Idē. Sine ergo istac præsente amicis det cœnam. Nævius. Medicato uolumus dona donare præsente omnibus. Accius in Melanhippo. Est res aliqua quæ præsente his prius matura instituit. Plautus in Amphityrōe. Nec nobis præsente alijs quisq; nisi seruus. Aphranus in actione. Adest sic hanc absente nobis iuuerit puer.

De quibusdam nominibus quæ genitio iunguntur.

Priscianus Omnia nomina quæ obtineri uel desyderari aliquid ostendūt: ut copiosus, opulentus, capax, tenax, uiduus, auarus, studiosus, teste Prisciano in minori uolumine, genitiū requirunt. Simili modo, timidus, dubius, expers, nescius, ignarus, cupidus, rapidus, doctus, peritus, prodigus, fidus, genitium expostulant. Horatius in primo carminum. Regulum, & Scauros, animæq; magne prodigum. Virgilius li. æneidos. xii. Præterea regina tui fidissima dextra Occidit ipsa sua. Dicimus tamen, & iure, sicut iuris peritus. Fidus item, tam genitio, q; genitio iungi potest: sic cōmuniſ ſocius, comes, cognatus, consanguineus, affinis, par, ſimiſ, propinquus, uicinus, æquus, amicus, commilito, cōtubernalis, cliens, ancilla, patrōus, ſeruus, famulus, dominus, herus, rex, dux, imperator, ſatelles, armiger, miles, tyrannus, fluuius, pater, auius, frater, ſoror, nepos, patruus, auunculus, nouerca, amita, & alia prope plurima: quæ tam datiuum, q; genitium regere poſſunt.

De pauper, egenus, inops, diues, plenus, refertus, oneratus, uacuus, anceps, præceps.

Pauper, egenus, inops, diues, plenus, tam genitio, q; ablatio iungi poſſunt: ut exemplorum plena ſunt omnia. Refertus etiam, & oneratus, genitium regunt, nō ablatiū modo. Cicero pro lege Manlia. Referto prædonum mari. Varro de uita patrum libro quarto. Ipsi Italiæ opida ſunt uastata: quæ prius fuerūt hominum referta. Et Pacuvius referente Marcello ait. Postq; eſt oneratus frugum. Vacuus etiam, tam genitiū, q; ablatuum regere potest: et si Laurentius libro elegantiarum, ablatio ſolum iungi debere tradiderit. Horatius libro. ii. sermonū. Sic uacuū cerebri populu phæaca putauit. Salustius in lugurtha. Ager aut aridus, & frugum uacuus. Simili modo cum ablatio conſtruuntur anceps, & præceps: & cum genitio. Virgilius libro æneidos nono. Et præceps animi Mars: & Mauortius heros, pro præceps animo.

De id genus.

Id genus, pro eius generis (quod fere simile nomen exprimit) pulchre & uitate dicitur: ut multa ſunt id genus monstra: & de multis id genus rebus loquuntur.

Laurentius Quod etiam tetegit Laurentius libro elegatiatum.

De mutatione litterarum.

Priscianus Antiqui teste Prisciano, proferebant ampliati pro amplecti: animaduorti pro animaduerti: aduersus pro aduersus: uortex pro uertex: carnufex pro carniſ, sex: lubens pro libens: pessimum pro pessimus: plostrum pro plaſtrum: cotes pro cautes: aſtrum pro oſtrum: aſculum pro oſculum: faciundū: legundū: dicundū: repetundū: & cetera a tertia coniugatione gerundia: quæ & a modernioribus eadem nonnunq; prolatione efferuntur.

De dictionibus concisis.

Quod nunc dicitur primas opimas Rauennas Capenas Aquinas ab antiquis

Priscianus  
Titinius teste Prisciano declinabatur hic & hæc Rauennatis & hoc Ravennate: Capenatis Capenate. Vnde Titinius referente Marcello ait in psaltria. Ferentinas populus græca studet. Et in legenda sancti Leonis papæ habetur: Restituta ē ecclesia Rauennatis sub ordinatione sedis apostolicae.

De accusatio pro genitio.

Priscianus Dicimus teste Prisciano-Latonas pro latona: familias: æscas: monetas: terras: fortunas: uias: pro familia: uel familiarum: æscæ: uel æscarum: monetæ: uel monetarum: terra: uel terrarum: fortunæ: uel fortunarum: uiae: uel uiarum. Salustius in Catelina: Si filii familiarum: quoru nobilitate maxima pars erat parentes interficerent. Brutus de officiis. Itaq patres familie domini sumus. Cicero in frumentaria. Qui digni sunt patribus familias uiris bonis: atq ho nestis. Laberius in odyssæa. Atq æscas habemus mentione: pro æscæ: uel æscaru. Idem. Nam diuinamonetas filia docuit: pro monetæ: uel monetarum. Idem. Cumq eos filios Latonas: pro Latona. Næuius in carmine belli punici: filii terras dixit: pro terræ. Idem. Venit in mentem hominum fortunas: pro fortunæ. Quale est illud Ciceronis libro primo de diuinatione. Quom illius die i mihi uenit in mentem: hoc est genitius pro nominatio: illius diei: pro ille dies. Ennius annalium. xvii. Dux ipse uias: pro uiae: uel uiarum. His adiungere possumus custodias pro custodia: uel custodiarum: ut est apud Salustiu. Castella custodias thæsaurorum: pro custodia: uel custodiaru: ut Asper exponit: & Seruius super librum. xi. æneidos.

De quibusdam nominibus geminatis: & de quisq: & uterq:

Quantusquantus pro quantuscunq: dicitur: sic qualisqualis pro qualiscuq: quot pro quoctuncq: quotusquisq: homo pro quo homines: quisq: pro qui cunq: Virgilius libro æneidos. xii. Dant sonitum spumosi amnes: & in æqua currut. Quisq suum populatus iter. Populatus singulari numero. Sed plus rali numero populati melius dixisset Virgilius: si uersus stare potuisset: ut in Eodem libro. Pro se qscq uiri summa nititur opum ui. Liuius. Ausi sumus cum parentibus certare quæq ciuitas suis. Ouidius de remedio. Vtraq formosæ paridi potuere uideri. Idem alibi. Mischium lacrymas mæstus uterq suas. Horatius. Legati magnis missi de rebus uterq.

De in auro: & in æs.

In marmore incisa sunt litteræ: in gema: & lapide: in auro: magisq in marmor: in gémam: in lapidem: in aurum. E diuerso in æs (ait Laurentius) magisq in ære: dicente Cicerone. Sed tantummodo dictis acta Cæsar's firma erunt: que illæ in æs incidit. Liuius li. tertio. Leges in æs incisas: in publico proposuerūt. Verum & in ære Laurenti dici potest. Vnde Ouidius libro fastorum primo ait. At bona posteritas pupim sformatuit in ære.

De nonnullis nominibus reciprocis: & auersis.

Formidolosus teste Gellio li. viii. noctium atticarum: is dicitur: qui formidat: & qui formidatur. Intuidosus: qui inuidet: & cui inuidetur. Suspiciosus: qui suspicatur: & qui suspectus est. Ambitosus: qui ambit: & qui ambitur. Gratius: qui adhibet gratias: & qui admittit. Laboriosus: qui laborat: & qui labo ri est: apud quem multum exemplorum inuenies. His addi potest operosus: qui scilicet operatur: & qui opera est. Ouidius heroidum. Fallere credentem non est opera puellam Gloria. Idem libro præfato. Viginti fuluos operos ex ære lebetes. Simili modo teste eodem Gellio. Ignarus is dicitur: qui ignorat: & qui ignoratur. Infestus: qui malum infert: & cui impendet malum. Sic nescius: qui ignorat: & qui iguoratur: teste Seruio. Sic æmulus: qui aliū æmulator: & quem æmulatur aliis. Horatius in epistolis. Rupit hiabitam Timagenis æmula ligua: pro æmulata. Simili modo falsus qui fallit: & qui fallitur. Salustius. Ambitio multos mortales falsos fieri coagit. Passiue autem Terentius. Carine falsus es: id est deceptus.

De terminatis in bundus.

Nomina in bundus: ex similitudine etymologiæ trahere dixit Scaurus antiquus grammaticus: cuius opinionem secutus est Seruius super quintum: sextum:

Formidolosus  
Intuidosus  
Suspiciosus  
Ambitosus  
Gratius  
Laboriosus  
Operosus  
Ignarus  
Infestus  
Nescius  
Aemulus  
Falsus

Seruius

Lactantius	& decimum æneidos: & Lactantius grammaticus super quintum thæbaidos:
Priscianus	& Priscianus: ut uitabundus similis sit uitanti: prætabundus similis prædanti: suribundus similis furenti: ridibundus similis ridenti: populabundus similis populanti: rubicundus pro rubibundus teste Prisciano: similis rubenti. At
Prisciæus	uero Casellius per participium exponit in commentario lectionum antiquarū ita scribens. Ludibudus/errabundus/ridibundus/idem est/qd' ludens errans/ridens. Simili quoq; modo exponit Marcellus/has præcipue dictiones: ut moribundus dicitur moriens: errabundus errans: deplorabundus deplorans: nolutabundus uolutas: uitabundus uitans. In hanc etiam sententiam dicitur Gellius in noctibus atticis: & lucidius his differit omnibus. Nam terminata in bundus (ut ait) uehemetiam significant: quod idem ē/ac si diceret: idē significant: quod & participia frequētatiuorum: ut risitans/erratitas/popula titans. Lucretius libro. vi.
Casellius	Versabundus enim turbo descendit: et illam
